



HIERON. ZANCHII  
THEOLOGI CLARISSIMI,  
EPISTOLARVM  
THEOLOGICARVM  
LIBER II.

Jacobus Sturmius nomine Scholarcharum Scho-  
la Argentinensis, H. ZANCHIO S.

**S**cipio ad nos Cælius Secundus, te a- <sup>Cario,</sup> Literæ vocat  
nimum à nostra Republ. Hieronyme <sup>tionis ad</sup> professionem  
Zanchi, non alienum gerere, neque re- <sup>in Schola</sup>  
cusare nobiscum viuere, eā quā fuit Pe- <sup>Argentinensi,</sup>  
trus Martyr cōditione. Gratissimum id fuit nobis  
cognoscere, præsertim notatis istis virtutib⁹, quas  
in te Cælius esse scribit & affirmat. Primum igit-  
tur, quod officii nostri est, gratiā habemus de hac  
tua voluntate. Deinde idē tibi, quod Petro Mar-  
tyri, & quod felix faustumq; sit Ecclesiæ & Scho-  
la nostræ munus, eandemq; disciplinæ functionē  
damus atq; cōmittimus. Promittimus etiam ea-  
dem stipendia, & laborum cōsimiles fructus. Et,  
quantum in nobis est, curabimus, vt non minus  
apud nos libenter futurus sis, quam Petrus Mar-  
tyr fuerit. Itaq; rogamus, vt & libenter venias, &  
venias quam primū. Viaticum, quantum iter illud  
requirit, tibi à Procuratore Brechtherorū, Marti-  
no Voglero, Venetiis in ædibus Germanorū na-